

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

XLVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

XLVIII.

EXCERPTA EX FRIDERICI I. IMP. DIPLOMATE
 QUO MONASTERIO S. ALBANI POSSESSIONES
 ET JURA SUA CONFIRMAT.

A N N O M C L I I.

Ex Cod. Ms. Urstis.


In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis ! Fridericus Dei gratia Romanorum Rex Augustus &c. In ipsa Civitate parochiales Ecclesias S. Albani & S. Martini, sicut fluvius Birsicus determinat: Ecclesiam de *Büßesheim*, cum capella de *Cunheim* & cum reliquis appendiciis suis, in villa, quæ dicitur inferior Basilea, Ecclesiam cum suis appendiciis, Ecclesiam de *Hagendorf*, Ecclesiam & villam de *Appenviler*, cum earum pertinentiis, *Lörrach* cum Ecclesia & omnibus suis appendiciis tam in vineis, quam in agris, pratis & sylvis; Ecclesiam de *Houwingen* & Ecclesiam de *Chandro*. Ecclesiam de *Enschesingen* cum omnibus earum pertinentiis. Sylvam, quæ sita est juxta S. Albanum, molendina in ripa Birsicæ cum aqua omnibus ejusdem molendinis sufficiente, & cum pratis & agris adjacentibus, decimas in villa, quæ dicitur, *Huningen*, *Rinwiler*, *Amparingen*, *Leichdentoven*, *Habenkesen*, *Guzwiler*, *Sierenze*,

N 2

Nota. Extat quoque in URSTISI *Epitome Hist. Basil.* Germanice edita pag. 415.

in villa, quæ dicitur *Westhalda*, curtem unam cum vineis, *Morswiler*, *Ufheim*, *Ramespach*, *Michelembach*, *Obervilre*, *Bratella*, *Gelterchingen*, *Durnen*, *Hülstein*, *Metten*, *Bladolzheim*, *Binningen*, *Magstat*, *Hutingen*, cum omnibus suis appendiciis &c. Testes autem in quorum præsentia hoc scriptum fieri mandavimus, sunt hi: Hermannus, Ep. Constantiensis, Ortliebus Ep. Basiliensis, Arditio Ep. Cumanus, Dux Welfo, *Bertholdus Dux Burgundia*, Odoacer Marchio de Stira, Ulricus Comes de Lenzburg &c.

Datum apud Ulmam, IIII. Kal. Augusti, A. Dom. Incarnat. M.C. quinquagesimo secundo, Indictione XV. regnante Friderico rege glorioso, Anno vero regni ejus primo.



XLIX.

CHARTA CONCAMBII BONORUM INTER ABBA-
TIAM S. PETRI ET BERTOLDUM DE RIET-
HEIM FACTI.

POST ANNUM MCLII.

Ex Rotulo S. Petri.

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris, quam presentibus. quod Concambium quoddam cum Bertholdo de Rietheim fecimus. Siquidem quatuor ei manus ad *Afheim*, & unum apud *Vilingen* situm